Ab hac ſententia fuit appellatum ad ſenatum Portuenſem ubi lata fuit ſequens. *Acordaõ os do Deſembargo, &c. Bem julgado foy pello Juiz de Fóra da Villa de Vianna em condennar ao R. na ametade do campo da fonte, e pedaſſo da vinha ſita na quinta do quintal por ſerem pertenças do caſal de que o A. he terceira vida com os frutos deſde o tempo da morte de Garcia Velha, e em novecentas medidas vencidas em ſeis annos, e na reſtituiçaõ da eſpinguarda que o A. lhe empreſtou, e em obſolver ao A. da reconvençaõ, reſervando ao R. direito para as partilhas tudo na forma de ſua ſentença: mas em abſolver ao R. dos bens pello A. pedidos por demorgado com o codicillo com que Gaſpar Fajardo falleceo foy por elle menos bem julgado, revogando neſta parte ſua ſentença cumpraſe o confirmado por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos, os quais viſtos, e como delles ſe moſtra que os ditos bens foraõ jà julgados por de vinculo com o meſmo codicillo na ſentença do Provedor a fol. 330 pedindo os o peſſuidor, e dotador Joaõ Faiardo por livres ab inteſtado por morte do dito ſeu irmaõ inſtituidor Gaſpar Faiardo, a qual ſentença paſſou em couſa julgada, e a proveita para ſempre a todos os ſucceſſores do dito morgado, que nullamente ſe deu em dote aos Reos, que o naõ podiaõ preſcrever ſenaõ principiando, e acabando com o A. o tempo de 30. annos, e naõ ſe moſtrando pellos Reos differente inſtituiçaõ na forma de ſucceder ſe hade guardar o direito commum do Reyno diſpoſto pella ley delle, e conſideradas outras circunſtancias condennaõ ao R. abra maõ dos ditos bens vinculados com os fructos da lide conteſtada em diante, que na execuçaõ deſta ſentença ſeraõ liquidos, e paguem os Reos mais as cuſtas dos autos de ambas as inſtancias. Porto 26. de Agoſto de 673. Nevaes Andrade.*

Et fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

Actor Joannes Faiardo Bezerra in hoc mordico pertinaci que jurgio tria recuperare conatur, quæ omnia a Reo Gaſpar de Barros Rego inficiantur, petendo p r reconventionem ſex additiones, *in* 3. 4. 5. 6. 11. & 12. ſuæ reconventionis articulis ſcriptas.

Quo ad primam partem ex tribus ab A. poſtulatis non eſt hæſitandum A. partitulum dotis fol. 16. eſſe emphiteutam em 3. vita dimediæ prædii da fonte ſiti in Paracia Sanctæ Mariæ de Oeiras, & unius fructi vineæ poſitæ in Villa do quintal vocata, cum combinationibus in emphyteuſi fol. 22. elucidatis cujus Hera erat Archiepiſcupalis menſa.

De quorum tam prædii, quam vineæ proventibus eſt injuſte quidem in poſſeſſione R. per tringita annorum ſpatium, quæ actori redire tenetur, ut hæredi Gracia Velha in eodem emphyteuſi ſecundæ vitæ ſemper contribuere; præſertim intervenientibus duobus, tam dotis, quam emphyteuſis per tam valide titulis; quare, & proculdubio dimittenda eſt a R. dicti prædii poſſeſſio da fonte averſiti, ut judex à quo animadvertit cum fructibus à tẽpore obitus dictæ Gracia Velha porpter malam fidem, quæ non ſolũ impedit ſuos fruttos facere ſed etiam præſcriptionem, qua ſe juvare contendere.

Quo ad ſecundam, & magis ex tribus difficilem vehementer ſuſpicarer Gaſpar Fajardo A. patrui

trui teſtamentum ſuum condidiſſe, in quo de omnibus ſuis bonis maioratum inſtituiſſe dicitur inſtituendo verbis diſpoſitivis, & claris actoris Joannes Fajardo parentem, ut clare, & manifeſte pateſcit ex codillo fol. 10. & 11. qui per inſtitutoris obitum ſine controverſia in maioratu ſucceſſit ſed ingrate illius naturam in alienabilem pervertendo contra conſervandæ agnationis favorem quæ ſine divitiis honeſtas, & dignitas familiarum conſervari nequit; namque paupertate ſordeſcit, & deprimitur familia, ea bona maioratui vinculata in dotem dando filiæ ſuæ Franciſcæ de Barros matrimonium contrahentis cum Emmanueli de Barros Rego patre, & R. ſocero, & ad hunc finem, & A. fractum abſcondiſſe conjecturam, ut nullo tempore de tali diſpoſitione, ſeu maioratu coaleſcere poſſit, fruendo omnibus bonis dicto maioratui vinculatis, ſeu annexis, quæ ex ædibus, vineis, & prædiis liquent ſitis in d. Villa do Quintal Parrochis do Jaraz.

Sed priuſquam vera reſolutio ſuper iſtius vinculi inſtitutione capiatur, me cum juris principiis, legibus, & Doctoribus conſulere decerno, & ſolum modo mihi dubitandi ratio venit, utrum ex codicillo ad teſtamentum de perditum, ſeu reconditum referente, poſſit maioratus inſtitutio verificari? Maxime quando ex illius verbis, ut per ſe in illo fol. 11. verſatur de ſucceſſione, ſeu adminiſtratore conſtat.

Partem negativam, qua Reus ſe tuetur, tenuere multi, & ita inſinua videtur per noſtram ordinationem lib. 4. tit 86. in princip. de negantem codecillis omnem hæredis inſtitutionem quia codecilli teſtamento, debent confirmari, ſi teſtamentum ſit factum, non alias *Gloſſ. 1. in lib. 2. cod. de teſt. tutel.*

In præſentiarum non apparet teſtamentum ad diſpoſita in codicillo aſtruenda ſeu comprobanda, nec teſtamentum in quo pater Actoris fuit inſtitutus in maioratu, de cujus valliditate diſceptatur, apparuit, nec de ejus publicatione conſtat, quia quamvis ammiſſio duabus teſti- 12
bus probari po t. *Val. conſult.* 187. *num.* 8. non ita in præſenti caſu in quo non poteſt probari ejus tenor, nec voluntas teſtatoris per defectum teſtium non videntium illud exarare, nec inſtitutionem facere.

Nec conſtare poteſt per ſuppreſſionem, & illius occultationem de ſolemnitatibus quibus teſtamenta condere ſolent, puta quia non inter fuere ſeptem teſtes, vel quia non fuere rogati, 13
vel non intervenerunt tot ſigilla, & ſubſcriptiones, quibus caſibus totum teſtamentum corruit *L. ſi unus cod. teſtam. lex teſtamento L. ſi veritas vel ſolemnitas cod. de ſidei com. cum aliis.*

Nec minus urget ſequens argumentum, ſi codicillis non poſſunt dari tutores, niſi teſtamento confirmentur *L.* 3. *& ibi gloſſ.* 1. *de teſtam. tutel.* deficiente teſtamento quo inſtitutio maioratus fuit facta à fortiori ſine illius comprobatione maioratus teſtificari nequit, & nullum præſidium nullumque auxilium in hac ambiguitate actori inculcare poſſim, quam agere contra Reum civiliter de tabulis exhibendis, & criminaliter *de lege Cornelia teſtamentaria L.* 1. *cod. quando civilis actio*

*crim.*

*crim.* quo uti non debet propter præſumptionem ortam ex ſcriptura dotali, quam A. dicti Joan. Faiardo filius obſignavit.

Verum ſupradicta nihilominus ſuperata experior ex fundamentis ſequentibus: primo quod ſemper inſtrumenta ſubtrahi, & occultari præſumitur ab eo cui poſſunt nocere *Auth. ad hoc §. ille etiam verſ. ſi quis inſtrument. cod. de lat. liber. collend. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 262. n. 39. Farinac. de falſitate q. 153. n. 209. Surd. conſ. 512.*

14 Maioratum autem poſſe inſtitui in codicillo, ut aſſerit *Molin. de juſt. tom. 3. diſp. 619. num. 2.* ibi ſi maioratus in teſtamento ſeu codicillo ſit inſtitutus: ergo á fortiori debet ab eo probari ex doctrina text. *in L. ſi donatio cod. donationibus in illis verbis.* Si donatio per epiſtolam facta non appareat, verba tamen teſtamenti, quibus libe alitas teſtatricis confirmata eſt, ſidei commiſſum continere non ambigitur.

Animadvertendum tamen eſt verba codicilli non ſolum ſunt verba directa, & diſpoſitiva *L. jubemus cod. de teſtam.* ut ex eo apparet citato fol. 10. & 11. ſed enunciativa, quæ in præjuditium tertii probationem gerunt, quando in alio inſtrumento repetita inveniuntur, ut in codicillo in quo relatum fuit maioratum, de quo quæritur fuiſſe factum *Caſtrenſ. in Leg cum aliquis n. 6. cod. jur. de liber. Seraphin. tom. 2. dec. 5021. num. 1. Maſcard. de probat.*

Quia verba per modum cauſæ etiam enunciativa regunt diſpoſitionem, & eam in dueunt. L. *emptor §. fin. ff. reivendicat. L. fin. de hæredib. inſtit. L. cum pater §. dulciſſimis ff. legat. 2. Tiraquel. tractat. ceſſante cauſa limit. 1. n. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum. 24. n. 1. cum ſeqq. Cald. Pereira de nomin. emphiſ. q. 2. n. 77. Caſtilh. lib. 2. controv. cap. 126. n. 81.*

Deinde in teſtamentis plenius 15 voluntates teſtantium interpræ- tentur *L. in teſtamentis ff. de regul. jur.* quod magis intelligitur reſpectu inſtitutionis quæ favorabilis eſt, & benigna interpratatione ſuſtinetur, & adjuvatur *L. filio prætento L. poſthumus L. ſi ita ff. de liber. & poſthum.* nam & publice dicitur intereſſe, ut valeant teſtamenta *L. vel negare ff. quem admodum teſtam. aperiantur.*

Contrarium judebetur in fidei- 16 commiſſo tanquam odioſſo, quia onus in eo continetnr *L. cohæredi §. cum filio ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* non ita quando fideicommiſſum eſt relictum favore conſervandæ agnationis, & proculdubio cenſetur favorabile, & pro eo tanquam benignior ſententia ferenda eſt; *Mantica de conjectur. lib. 7. tit. 1. n. 44.*

Hanc opinionem juvat etiam illud *Cancer. var. 3 p. cap. 3. n 218. in fine ibi* quia cum in inſtrumento fit mentio de alio inſtrumento, non eſt neceſſe ut primo conſtet, quando ſecundum diſponit, ut poteſt per ſe ſpecialiter diſponere *& n. 232. ibi* quod relatum non appareat, utpote quando in referente adeſt certitudo diſpoſiti, nam ſi appareat relatum, & aliud in eo continuatur, quam in referente, ſtatur relato, & non referenti: ſi non appareat relatum, ſtabitur referenti.

Unde ſequitur ſtandum eſſe codicillo referenti deſpoſitionem,

nem, & inſtitutionem maioratus in teſtamento deperditi factam non obſtante *Ord. lib. 3. tit. 60. in princip. ibi: Se algum inſtrumento fizer mençaõ de outro, naõ darà o julgador fé ao tal inſtrumento, de que o ſegundo fizer mençaõ;* contrarium diſponente.

Quia hic ſumus in terminis ejuſdem *Ord. §. 6.* & agimus de teſtamento deperdito; cujus amiſſionem, & ejus damnum voluit *d. Lex.* faccere, & per homines prudentes, & diſſertos de tali amiſſione deponentes remedium adhibere, declarando illius tenorem, & omnia illius ſubſtâtilia, & quod fuiſſet ſine ullo falſitatis vitio

Sed amplius, ſecundum mentem meam maior, & magis probatio ex d. codicillo apparet erga tenorem dicti teſtamenti ſuppreſſi in quo inſtitutio maioratus & ſucceſſionis perſona declaratur, ex in quibus omnis teſtamenti ſubſtantia dependet juxta *Ord. lib. 4 tit 82. Val conſult. 66. n. 2.*

17 Et ſi ad probandam teſtamenti amiſſionem dico vel tres teſtes requiruntur, ut ſupra oſtenſum manet, ut tenet *Cardoſo in praxi judicum verbo inſtrumentum n. 44. maiori numero teſtium probatam video amiſſionem illius, quando per Ord. lib. 4, tit. 86. §. 1.* quinque requiruntur cum tabellione in codicillo.

Per amiſſi lationem fidejuſſionis exemplum *à Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 60. n. 5.* in memoriam reducere non dedignarer, in quo con-
18 tinetur, quod ſi in inſtrumento fidejuſſionis facta fuerit mentio de principali obligatione, quamvis de propria non conſtaret, eundem effectum conſequeretur.

Jure ſupra relata agnocit Judex eruditus, quando id iniquum præſcriptionis præſidium confugit; quod Reo vigere, ſeu pollere non poteſt, quia *text. in L. ubi lex. ff. de uſucapion;* præſcriptionem contra bona prohibita alienari modo per legem, modo per teſtatorem, modo per contractum inter vivos admitere recuſat *L. alienationis verbum ff. verb. ſignificat. L. bonæ fidei verſ. nec intereſt ff. acquir. rer. domin. text. notabilis, & melior cæteris in L. 2. cod. de uſucap. pro empt.* & quanvis præſcriptio in maiorati- 19
bus currat per quadraginta annos, tamen non nocet niſi illi. contra quem præſcribitur, & non ſequentibus ſucceſſoribus, qui non capiunt à mediis ſucceſſoribus ſed á primo concedente facit *text. in. L. 3. ff. de interdict. & relegat. L. unum ex familia §. ſi de falſidia ff. legat 2. Gam. dec. 93. n. 3. Val. conſutl. 167. n. 17. & per omnes relatos ab Anton. Gom. in L. 40. Taur. n. 90.*

Nedum viſo codicillo citato fol. 10. verſ. conditum invenitur fuiſſe in vingiti quatuor, diebus Novembris anni 1631. & hic progreſſus quadraginta annorum curſum interrumpit, quia ut ex propriis actis conſtat, ſuum ortum habuit anno 1670. & detractis ab iſtis annis 1631. occulis ſubjectur unum annum tantum ad computum 40. annorum deficere, & ſecundum DD. ſupra citatos aſſeverantes præſcriptionem non 20
currere contra ſucceſſores, nullo modo poteſt adverſus actorem conſiderari præſcriptio, & quanvis daretur, quod longe abſit, actori competere ex capite ignorantiæ reſtitutionem, pro ut tenet *Gam. dec. 93. in fin.*

Non facit etiam aliud meritiſſimi judicis fundamentum, dum

habet,

habet, non conſtare de modo inſtitutionis ad cognoſcendum ſi maſculus, aut fæmina fuere inſtituti, & in hac dubitatione ex teſtamento amiſſo oſtat, accidere poſſe fæminam fuiſſe ad ſucceſſionem vocatam, ſeu electam.

Sed non ſolum facile, ſed verum, & civile reſponſum datur, quod manifeſte ex codicillo exiſtit, patrem A. fuiſſe inſtitutum, & quando non conſtaret, tunc ſuccedit maſculus virtute legis: *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 1. *Gam. dec.* 59. *n.* 7. *plures relati à Barb. in d.* §. 1. *n.* 1. quia deficiente declaratione recurrere debemus ad illas quatuor qualitates, lineæ, ſexus, gradus ætatis, ut juridice in maioratu ſuccedatur *Phæb.* 2. *p. dec.* 142. *n.* 13.

Nec inſpicitur ordo ſuccedendi ab inteſtato *Gabriel Pereir. dec.* 48. *n.* 3. & dumtaxat in maioratu electivo poteſt ordo ſuccedendi variari *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. & 6. *Gam. dec.* 286. *n.* 2. *Cabed. p.* 1. *dec.* 143. *Gabr. Pereir. dec.* 14. *n.* 7. & 8. & idem eſt non apparere teſtamentum ſolemne, quam inteſtatum diſcedere juxta vulgaria

Redeundo iterum ad fundamentum præſcriptionis ex factura codicilli ad tempus inſtrumenti dotalis, ut videtur fol. 15. verſ. facti in 30. Martii anni 1638. per Joan. Fajardum primum maioratus adminiſtratorem ſeptem anni numerantur, qui etiam abjecti à 39. ſupra ſupputatis, remanet tantum 32. unde etiam infertur ignorantia Actoris, quia neſciebat quando dictum dotis inſtrumentum ſubſcripſit, bona dotata eſſe maioratui vinculata, de cujus inſtitutione contenditur.

Non ita Reus cui conſcientia remordet, qui tanquam poſſeſſor bonorum maioratus pactum celebrare conabatur, ut deponit teſtis de facto proprio fol. 214. verſ. *Nos autos principaes appenſos*, cui fides plena adhibenda eſt *L. quæro* §. *ult. ff. de delit. edict. Menoch. caſ.* 99 *n.* 4. *cum adductis per Tiraquel.* 1. *retract.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 47 *promittendo actori* 200U. *reis teruntii quod Reo tanquam malæ fidei poſſeſſori nihil podeſſet, quia ex pactis privatorum non læditur jus cæterorum ſucceſſorum l.* 3. & *ibi gloſ.* 1. *ff. de tranſact.*

Nec eſt veroſimile, diſitur non eſt credendum, Reum tantam pecuniæ copiam actori tendere Frãciſcæ de Barros, ſi decerto non putaret bona ei dotata ad maioratum pertinere *L. Mævius in princip. ff. legat.* 2. *Sanch. de matrim. lib.* 3. *diſp.* 46. *n.* 2. & quod longe diſtat à veritate, eſt quædam falſitatis imago.

Hanc præſumptionem adjuvant teſtes, quamvis de auditu, fol. 118. & 191. deponentes inſtitutionem maioratus ſurripere inteſtamento occultato, & ita præſumitur ex dicto pacto á Reo oblato, nec pactum fieri aſſueſcit, niſi de re dubia *Mend. a Caſtr. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 46.

Inſuper hæreditas poteſt dari 21
in codicillo per viam fideicommiſi *Spino in ſpeculo teſtamentorum q.* 32. *n.* 9. & eodem modo maioratus dari poſſit in teſtamento, vel codicillo *Molin. de primogen. lib* 4. *cap.* 11. *n.* 19. quia maio- 22
ratus nihil aliud eſt niſi quodam legatum, ſeu prælegatum factum primo ſucceſſori, ut late explicat idem *Molin etiam de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 16 & fideicommiſſum cui æquiparatur maioratus, ut tenet

idem

idem *Molin. de primogen lib.*1.*cap.* 1.*n.* 15. *habet naturam legatorum L.*1.*legat.*1. *Cevalh q.*635.*n.*4 & omne legatum fideicommiſſum dici poteſt, & è contra, pro quo eſt *text. in §. ſed non uſque inſt. de legat.* nam ipſorum eadem eſt natura *L.*1.*ff.legat.*1. *ubi dicit*, per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis. Unde ſecundum meum ſenſum, quanvis teſtamentum non apparuit, maioratus inſtitutio per mentionem illius factam in codicillo coaleſcit, & ita ſemper revocato judice in hac ſolum parte inſtitutionem confirmarem.

Quo ad tertiam circa non agentia panis modia, etiam nullum mihi dubium offert Reum actori ſolvere teneri virtute promiſſionis, & ſtipulationis dotalis fol.16.& per teſtium dicta fol.163. & 180. & per ejus confeſſionem in 13. articulo ſuæ oppoſitionis factam, & in jure nulla probatio melior invenitur, quam illa, quæ in actis fieri ſolet, cum plurimis *Cald. de empt cap.*19. *n.*43. repugnantiam ſolum faciendo, quod Joannes Fajardo ejus avus tale grauamen imponere non poſſe in emphyteuſi de Dayaõ ſic vocata.

Quod limitationem patitur, quando nominans ſtatim in vita ſua emphyteuſim tranſtulit, quià in hoc caſu non eſt dubitandum illum poſſe à nominante gravari juxta æſtimationem inter uſurii, quod ille concedit, ut bene docet *Cald. de poteſt. eligendi cap.*17. *n.* 8.

Et ratio eſt, quia interuſum, ſeu emolumentum, quod emphiteuta in vita ſua percipere poterat, non à domino, ſed ab ipſo emphiteuta in caſu propoſito conceditur, qui autem rem ſuam alteri concedit, poteſt non concedere illam gratis ſed eo onere, ut aliquid juſta ejus valorem præſtet *Cald. denominat. quæſt.* 18. *n.* 2 *ibi.* Secus vero quando vivens illo potuit emphyteuſi uti, & frui & nihilominus eam filio dedit. Et ex aliis quæ tradit *Peralta in L. unum ex familia §. rogo ff. legat.* 2. *num.* 11. & in re tam conſpicua, & ſantæ authoritatis doctore condecorata, cujus doctrinam præſertim in materia nominationis Hiſpani tanquam textum venerari ſolent, ſacrilegium foret, hanc tertiam partem magis explanare.

Quo ad quartam etiam pateſcit ſelopetam eſſe A. per eandem R. confeſſionem in 3. ſuæ contrarietatis articulo, & eam probatur habere per teſtes fol. 163. & 178. nec inter eſt affirmare R. actorem eam ei donaviſſe, quia donatio non præſumitur, niſi 25
probetur, ut eſt tritum, & vulgare, & quamvis unus teſtis deponat de donatione illius apparet recuſata, & per conſequens probatione carens.

Ultimo nulla reputatio de reconventione facienda erit ſed ne dicatur me quietem affectare, ſigillatim per articula reconventionis materiam continentia paululum per vagabor. Tertio in articulo petuntur a Reo per reconventionem 60U. terunt quibus A. pater veſtem nuptialem emit, ut dedecore ſuæ ſororis Franciſcæ de Barros aſſiſtere poſſit, quæ non probantur deberi; nec per 35. annor ſpatium petita fuere, quia mutuum dictorum 60U. terun anno 1638. ut fol. 15. verſ. fuit celebratum, & his in terminis regula præſcriptionis ſub intrat. In quarto mobilia, & ſupplectilia etiam petebantur in do-

tem promiſſa per Joannem Faiard. & ejus uxorem Maria de Souſa R. parentes, jam recepta cum dicta Villa do quintal, & eſtimata per duas mulieres, ut de-
26 ponit teſtis contra producentem fol. 203. & de omni dote jam recepta, & teſtis contra producentem quamvis de auditu facit plenam probationem, ut omnibus eſt notum.

Petuntur etiam quinto in articulo 120U. terunt declarata inſtrumento dotis fol. 17. per actoris parentes, quæ ſolvere tenebatur Emmanueli Alvares Mata quatro creditori, quorum obligationem Rey pater Emmanuel de Barros perſcripturam dotis fol. 17. cateſcit, & conventio juxta juris principia legem facere ſolet, ita conſulvit *Mantica conſ.* 334. *col.* 2. quare inſtar aliarum evaneſcit actoris obligatio.

Erga altera debita, quæ in 6. 11. & duodecimo hujus reconventionis articulo petuntur, etiam jus reſervarem cum ſapientiſſimo judice, cujus ſententiam libenter amplecterer excepta ſecunda parte circa maioratus inſtitutionem. Portu 2. Auguſti die 1673.

Andrade.

Reivendicationis actionem proponendo petit à Reo Actor reſtitutionem dimidietatis prædii denominati da *fonte*, & vineæ in ſimul, & bona á patruo ſua Gaſpari Faiardo vinculata, in quibus Actor filius ultimi poſſeſſoris ſenior maſculus de jure ſuccedit ex *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 1.

Quo ad prædium da fonte, & vineam dominium ex parte A. probatur titulo emphyteutico pro quo reivendicationis actio Actori competit adverſus Reum detinentem *ex L. in rem. L. qui petitorio ff. reivendicat. Cald. de nominat.* 3. *p. cap.* 6. *n.* 24. & *de renovat. tit.* 5. *n* 8. *verſ.* ſin autem, & Reus poſſeſſionem fatendo præſcriptione ſe tueri non poteſt, quia prædeceſſores ſui eum obligatum ſub certa penſione poſſiderunt, ut probatur.

Bona patruelia vinculo ſubjecta judicavit judex in ſententia fol. 330. quæ in rem judicatam tranſivit, quia ab illa poſſeſſor non appellavit, ut conſtat, & ſententia lata adverſus maioratus poſſeſſorem omnibus ſucceſſoribus in infinitum prodeſt, & nocet, tenet *Molin. de primogenit. capit.* 8. *a num.* 3. *Valaſc. de jur. emphyt. quæſt.* 10. *num.* 3. *Carvalho de teſtam.* 2. *part. num.* 267. *Salgad. de protect. reg.* 4. *p. cap.* 14. *n.* 184. & non ſolum ſententia ſed etiam acta, & probationes in illis contentæ eundem ſortiuntur effectum *Molin. ubi ſupra n.* 5. *de exceptione rei judicatæ producunt Barb. in L. divortio* 8. §. *fin. a n.* 59. *ff. ſolut. matrim. Grat. forenſ. tom.* 3. *capit.* 445. *numer.* 10. quo ſuppoſito ad alias præſumptiones recurrere non eſt neceſſe, neque ſcriptura dotali recte ſe defendit Reus quia bona maioratus non poſſunt in dotem dari in præjuditium vocatorum notat *Gam. deciſ.* 59. *num.* 5. *Reinoſ. obſer.* 70. *n.* 20. *Gom. L.* 40. *Tauri num.* 44. *verſ. ſed his non obſtantibus Pinel. lib.* 1. *p.* 3. *num.* 44. *cod. bon. mater. Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *maxime num.* 7. & 11. Neque Reus præſcribere poteſt maioratus contra ſucceſſorem niſi inchoata cum eo, & impleta 30. vel 40. annor. *Molin. lib.* 4. *cap.* 10. *Gam. dec.* 84. & ſucceſſor poteſt alienationem revocare poſt alienantis mortem, ut cum *Mol. trad-*

*dit*

*dit. Rein. obſ. 70. n. 26. cum ſeqq.*

Deinde petit A ſelopetam R. commodatam, & debitum centum, & quinquaginta modior. frumenti quotannis promiſſum in ſcriptura dotali fol. 16. ad quæ obligatus eſt. R. juxta ſupra notata à ſapientiſſimo Domino.

Quo ad reconventionem ſuppoſito quod poſt decenium non datur quærela non numerati dotis per jura & *DD. a Valaſc. conſ.* 5. *n.* 7. & ex defectu probationis cum ſapientiſſimo, & amantiſſimo Domino Convenio. Porto 25. de Agoſto de 673. Nevais.

Cum ab hac ſententia gravamen ad ſupplicationis ſenatum fuiſſet interpoſitum, lata fuit ſequens.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he aggravado o Aggravante pellos Deſembargadores dos aggravos da caſa, e relaçaõ do Porto em o condennarem nas novecentas medidas vencidas em ſeis annos, e na reſtituiçaõ da eſpingarda, e em differirem à primeira, terceira, e quinta partidas da reconvençaõ na forma da ſentença do Juiz. Porèm he por elles aggravado em o condennarem na ametade do campo da fonte, e padaço da vinha como pertenças do praſo do A. e na reſtituiçaõ dos bens do morgado de Gaſpar Fajardo, e em naõ deferirem a ſegunda, e quarta partidas da reconvençaõ condennando, ou abſolvendo ao A revogando neſta parte ſua ſentença cumpraſe o confirmado por ſeus fundamentos, e o mais dos autos, os quais viſtos, e como nem por documento algum, nem por prova de teſtemunhas ſe moſtra ſer o dito campo da fonte, e pedaço da vinha parte do praſo do A. e aindaque ſe provara tinha o R. preſcripto o dominio util que o A. pertendia ter no dito campo da fonte, e pedaço, da vinha, por ſe moſtrar eſtarem por elle, e ſeus anteceſſores poſſuidos com titulo, e boa fé por mais de trinta annos, e como outro ſi ſe prova inſtituira Gaſpar Fajardo morgado de ſeus bens de livre nomeaçaõ, e chamar para elle a ſeu irmaõ Joaõ Fajardo pay do A. com faculdade de o poder nomear em filho, ou filha, qual elle mais quizeſſe, e uſando della nomealo em ſua filha em dote, abſolvem ao R. do dito campo da fonte, e pedaço da vinha, e bens do dito morgado de Gaſpar Fajardo pedidos pello A. como tambem abſolvem ao A. da ſegunda partida reconvençaõ por ſe preſumir eſtar eſta divida paga por ſerem paſſados trinta annos ſem ſe pedir, e condennaõ ao A. dê partilha ao R. dos bens de Briolanta da Fonſeca por ſer igualmente com elle herdeira; e mandaõ que o R. pague ao A. a penſaõ dos trinta alqueires de paõ, que em cada hum anno lhe paga pello dito campo da fonte, e pedaço da vinha em que o condennaõ: e pague o A. as quatro partes das cuſtas dos autos, e o R. a quinta parte dellas. Lisboa 17. de Janeiro de 675. Quiſel, Doutor Cerveira. Doutor Alveres Coelho.*

Et fuit fundata in deliberationibus ſequentibus ſententia hæc.

Quo ad primum punctum. Viſa ſcriptura emphyteutica pateſcit de emphyteuſis deviſione inter Alfonſ & Gabriel filios ad inſtantiam Joannis in quam Gaſp. patris facta. Patet ulte jus, medietati filio Gabrieli ad judicatæ fuiſſe deſtributum prædium appellatum, da fonte, & prope illud plantatam vineam viſitur fol. 29. verſ. in princip. juncto fol. 31.

& cum iſte filius Gabriel, qui in
hac emphyteuſi dimidietate pri-
ma erat vita, illam pro ſecunda
vita in Gratiam uxorem nominaſ-
ſet patet fol. 236. & iſta Gracia
poſtea titulo dotis nominaſſet in
Actricem prout viſitur fol. 239.
conſequens eſt quod dubitari non
poteſt, quod iſta bona ſunt per-
tinentia hujus emphyteuſis quam
AA. titulo dotis poſſident, & do-
minantur.

Verumtamen, cum iſta præ-
dia nunquam poſſeſſa fuiſſent per
AA. imo jam vivente illa Gracia
dotatrice pene tertios poſſeſſores
extitiſſent, pro ut fuit penes
Gaſp. Fajardum: & poſtea penes
Joan. Fajardum, pro ut utrumque
inſinuatur fol. 12. & tandem pe-
nes Franciſc. Rey matrem, quæ
ex titulo dotis de tinuit non ſo-
lum dum cum primo marito vixit
copulata, imo cum ſecundo dum
fuit uxorata, qua in poſſeſſione
pluſquam triginta annis extite-
runt iſti, & R. pro ut ex actis cer-
nitur, in ſurgit nunc dubium;
primo an AA. uti domini utiles
recte utilem reivendicationem
contra RR. qua poſſeſſores in-
truſſos, aut injuſtos intentent;
ſecundo an RR. ad præſcriptio-
nem recte recurrant.

Quo ad primum ſemper mihi
verior viſa fuit illorum traditio
quam ſequitur poſt alios *Pereira
dec. 25. n. 11. & melius dec. 123. n.*
11. dum facit differentiam inter
emphyteutam primum acquiren-
tem, & emphyteutas ſequentes;
ita ut in primo non ſufficiat titu-
lus emphyteuticus, non ſubſe-
quunta traditione, ut dominium
utile acquiratur. At vero in ſe-
quentibus ſufficiat, ut mediante
nominatione ſtatim nominatus ex
legis auxilio efficiatur dominus,
ſicut in pluribus aliis caſibus pro-
cedit. Unde cum R. fuiſſet no-
minata in iſta emphyteuſim, di-
cendum eſt, ſtatim illius reſpe-
ctu dominii utilis dominam fuiſ-
ſe effectam, ac per inde recte
reivendicationem adverſus RR.
poſſidere profitentes intentaſſe;
*Valaſc. Reinoſ.* & alii procedere
poſſunt reſpectu emphyteutæ pri-
mi acquirentis.

Quo ad ſecundum judicarem
non haberi locum præſcriptio-
nem propter malam fidem ſatis in
actis decantatam quis ſane ex il-
lis bene perpenſis detegitur: igi-
tur confirmetur in hac parte in-
ferioris Senatus ſententia.

Quod ad ſecundum punctum,
quo agitur de bonis ab illo Gaſp.
Fajard. vinculatis revocarem ſen-
tentiam, ſi quidem viſo teſta-
mento in hac inſtantia de novo
oblato apparet ſucceſſionem hu-
jus vinculi eſſe liberæ nominatio-
nis inter filios, & filias patet ex
fol. ibi: *e poderà nomear em filho,
ou filha, qual elle mais quizer*,
quibus verbis ita clare ſtantibus
non attenditur ordo ſcripturæ,
ut dicere poſſimus cum aliqui-
bus, quod, filius uti primum re- 27
petitus, primum ſit admittendus
ſolum modo caſu, quo adminiſ-
tratores deceſſerint, antequam
eligant, filius maſculus admitten-
dus erit at vero ſumus in termi-
nis quibus adminiſtrator Joan Fa-
jard. elegit dotando prædicta bo-
na Franciſcæ filiæ, qua propter
confirmarem ſententiam judicis
revocata ſententia Senatus infe-
rioris.

Quo ad tertium punctum du-
plex inſpectio vertitur; prima
an illud gravamen poſſit imponi
in emphyteuſi dotata matri Rey:
ſecunda an caſu, quo valeret gra-

vaminis impoſitio in vita ipſius dotatæ, valeat etiam poſt ejus obitum ad effectum ut RR. ad idem gravamen tenerentur; quo ad primam ſine dubio valuit impoſitio, quia receptum eſt, quod in emphyteuſi gravamen impoſitum conſetiente nominado valeat, ac ſubſiſtat *ex trad. a Peretr. dec.26. n. 5. Cald. de poteſt. eligend. cap. 16. n. 23. cum pluribus*; unde cum filia nomita in titulum dotis. & ejus maritus etiam dotatus conſenſum gravamini accomodaſſent fol. 13. in princip. igitur, & cæt.

28 Quo ad ſecundam, verum eſt hoc gravamen non valere utionus reale, & ideo non ſequitur emphyteuſis futuros poſſeſſores: at vero valet, uti obligatio perſonalis, quæ mediante conſenſu nominatorum fuit in illorum perſonis inchoata, & formaliter conſtituta, & ita ſecundum benefundatam Juriſp. per conſequens dicendum eſt ipſam metobligationem in hæredem transfere; unde cum RR. ſe hæredes eſſe articulent fol. 68. fatendum eſt, qua hæredes teneri ad talem gravamen juxta vulgar. quibus edocemur hæredem non poſſe facta per defunctum in fringere, facit *Cald. ubi ſupra d. n. 23.* qua propter pro illo inter uſurio inter obitum ultimi ex dotatoribus, & Graciæ per acto tenentur RR. gravamen ſatisfacere, confirmata ſententia Senatus.

Quod ad 4. puuctum, & circa reconventionem non video cur Senrentia reformanda ſit, igitur confirmetur omnino in omnibus hujus puncti parcellis. Ulyſſipone 19. Novembris 674. Doutor Alverez Coelho.

Sequendo libelli ordinem, in quo AA quatuor cumulant diverſas petitiones; videamus de prima circa fundum da fonte, in qua non eſt minor difficultas, hæc autem verſatur an ſit pars illius emphyteuſis, cujus dominus eſt Actor virtute nominationis dotis cauſa à Gracia Velha factæ, vel caſu quo emphyteuticus fuiſſet, an modo ut alodialis præſcriptus reperiatur, vel ut ſub emphyteuticus.

Et diligenter examinato proceſſu fortius moveor ad oppinandum, quod talis contentionis fundus non ſit illius emphyteuſis pars primo quia in ſcriptura emphyteutica fol.31. ita licet deſcriptus appareat ſimul cum vinea petita fol 29. (& quæ eiſdem debet de ambulari regulis) atramen illa deſcriptio in ſe fidem ad probationem dominii non facit, ut late comprobat *Valaſc. de jur. emphyt. q. 9. a n. 3.* cum res aliena poſſet in inſtrumento diſcribi, & emphyteuticari; *idem Valaſc. n. 4, ſupr.* & non ſolum emphyteutica ſcriptura quo ad 3. dominium non probat, quod eſt evidens, quamvis antiqua ſit, *idem Val. n. 5.* ſed etiam neque quo ad dominum concedentem contra ipſam emphyteutam, ut docet *idem Val. a n. 3.* 29

Neque dici valet, quod ſatis probatur dominium ex inſtrumento emphyteutico, ſi cum eo alia adminicula, & præſumptionis concurrant, *Val. ſup. n. 16.* quia cum dominium ſit difficilis probationis præſumptionibus, & conjecturis probari valet *Maſcard. 1. tom. concl. 539. Leitaõ fin. regund. cap. 14. n. 11. Barb. & alii in L. inditia cod. rei vendic.* & tamen quod ultra ſcripturam in præſenti concurrant alia adminicula

cula, patet primo, quia ita teſtes à fol 100. verſ. 102. & ſeqq. 119. 129. & 141. deponunt; ſecundo, nam ex ſingraphis a fol. 73. cum ſeqq. demonſtratur illius fundi poſſeſſores, & vineæ quantumvis ſolviſſe emphyteutæ Graciæ Velha penſionem certam.

Sed neutrum concludit, quia teſtes ſupra de auditu vago loquuntur, & illa ſolutio penſionum etiam virtute inſtrumenti non ſat eſt ad probationem dominii *Val. d.q.9.n* 11. & quamvis imperfectæ probationes conjungatur ad plenam faciendam probationem, in præſenti tamen parum efficaſis apparent, ex eo quod de initio locationis non pateſcit, & ſimul Reus poſſeſſor valde diuturnus per ſe, & anteceſſores reperitur, & præcipue quia illa penſionum ſolutio alio reſpectu poſſet interveniri facta, ut infra dicemus, & ulterius quod ut ſcriptura illa emphyteutica, ſimulque & alia adminicula concluderent fundum, & vineam contentionis ſpectare ad illam emphyteuſim Graciæ Velha, debebat Actore docere de aliqua poſſeſſione fundi in perſona ipſius Graciæ, hæc autem tunc legitime concluderet dominium cum aliis adminiculis, de quibus ſup. ſed intoto proceſſu de ſimili poſſeſſione non pateſcit, ergo non inciviliter dici valet, quod legaliter dominium, fundi, & vineæ Actor non probavit.

Secundo dato quod fundus iſte, & vinea eſſent illius emphyteuſis, eo quod ita evincerent relata fundamenta, adhuc etiam non video, quomodo Actor illa prædia vindicare queat, nam Reus ab anno 1638. in illorum poſſeſſione eſt per ſe, & AA. ſuos cum titulo dotis fol. 11. & ulterius etiam docet Reus quod jam ante dotis tempus ipſius avus, & frater Gaſpar poſſidebant illum fundum cum vinea ſine eo, quod aliquo modo conſtare valeat de initio poſſeſſionis an fuiſſet ex conditione aliqua, vel ex alio titulo, unde neceſſario præſcripta illa prædia dicenda ſunt, cum de jure utile dominium poſſit præſcriptione longi temporis acquiri contra emphyteutam cum titulo, & bona fide *Val. q.* 17. *n.* 13. *Gama dec.* 149. *cum alis de quibus Pinheiro de emphit. diſp* 1 *ſect.* 2. *n.* 42. & non ſolum dominium 30
utile, ſed et directum contra dominum privatam perſonam præſcribi valet 30. annorum ſpatio, & contra eccleſiam annis 40. ut cumpluribus reſolvit idem *Pinh. ſup. n.* 34. *cum ſeqq.* & cum Reus poſſideat fundum cum vinea ultra 40. & 50. annos de plano procedit præſcriptio.

Neque obſtat allegata mala fides ex ſolutione 30. modiorum milis. facta Garciæ Velha, ut deducitur a fol. 73. & paſſim recenſet trium inſtatiarum perorationes; nam ultra reſponſiones ex parte Rey ibi conſideratas; ego adverto quod in talium penſionum ſolutione non detegitur cauſa ſolutionis, an eſſe ex titulo conductionis, & tunc cur eſt potius præſumenda ſolutio ipſius conductionis cauſa facta quam ex jure emphyteuſis, ſeu ſub emphyteuſis præſcripto, vel ex cenſus ratione, cum poſſent hoc vel illo titulo per ſolvi, & licet in illa provincia interannenſi ſolutio penſionis paris fortius inducat in dubio contractum emphyteuticum quam cenſus *Val. q.* 32. *n. fin.* attamen ut Reum liberet de reſtitutio-

titutione, ſat eſt, ſub emphyteuſis præſcriptio,

Quare illa ſolutio penſionum poterit efficere, ut Reus non valeret prædia iſta ut allodialia præſcribere, quia ipſa ſolutio quo ad hunc finem induceret, malam fidem, ſed quo ad utile dominium fundi, & vineæ, malam fidem inducere non poterat niſi ſolutio ex cauſa cōductionis ſeu alio qui præſcriptionem relegaret, facta apatre, & cum non appareat vel ex titulo ſubemphyteu-
31 tico, qui tot annorum curriculo præſumitur ſolemniter conceſſus, licet emphyteuta non haberet facultatem ſub emphyteuticandi *ex Reinoſ. obſer. 7. Barb. in L. cum notiſſimi §. illud. cod. præſcript.* 30. *vel* 40. *coloniæ perpetuæ ex Brito de locato* 3. *p. cap.* 2. *alias* 1. *n.* 8. *Barb. in L.* 2. *à n.* 304. *cod. præſcript.* 30. *Pereir. dec.* 37. *Val. conſ.*
32 192. *Gam. dec.* 344. *n.* 10. non enim ſunt auferenda prædia ápoſſeſſoribus longiſſimis, quando penſionem ſoluunt extra conductionis caſum) dicendum eſt ergo ſolutionem penſionum factam extitiſſe uno ex illis duobus titulis.

Neque ulterius evertitur præſcriptio ex eo, quod non currit contra vitas futuras *Pinheiro de emphyteuſ. diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 43. & Actor jam vita erat, & à Garcia nominatus tempore dotis fol. 11. verſ. Reſpondetur imo ex eo contra eum oſtenditur impleta præſcriptio 30. annor. cum ante dotem in anno 1638 jam eſſet vita, & quando non eſſet in emphyteuſi liberæ nominationis adverſus futuras vitas tanquam incertas de incertis currit præſcriptio: *Penheiro ſupra.*

Quod autem illa præſcriptio eſſet ſufficiens ad præſcriptionem utilis dominii, & non directi in eo conſiſtit, quia quo ad hoc ob ſtabat illa penſionis ſolutio per patrem Actoris fol. 73 & per Reum fol. 75. verſ. & etiam quia teſtes fol. 176. de hac etiam loquuntur, penſionis ſolutione, junctaque inſtrumento emphyteutico; unde ego abſolverem R. à reſtitutione prædiorum, condemnarem tamen ad ſolutionem penſionis 30. modiorum milii, declarata ſic ſententia inferieris ſenatus.

Jam de ſecunda libelli petitione agamus; hæc enim reſpicit maioratum á Gaſpare A. patruo inſtitutum, ſed licet Actor ex juris principiis, & ſecundum ordinarias regulas illius optimo fundaretur, ad hujuſmodi vindicanda bona vinculata, attamen viſo titulo in hac inſtantia producto fol. 418. ceſſat qualis cunque dubitatio, quæ antea volebat nam viſa teſtamenti forma, extat libera nominandi facultas patri Actoris data ad eligendum filium vel filiam, quem malverit, unde libere etiam nominare valebat filiam relicto filio juxta expreſſe reſoluta, & deciſa apud *Reinoſ. obſer.* 14. *n.* 26. & cum filiæ dotaſſet pater ipſa bona vinculata, ex inde evidens reſultavit nominatio unde inhac parte etiam abſolvendus eſt Reus, reformata ſententia.

Tertia petitio etiam claro fundatur jure, ſicut, & quarta, viſis ſcripturis, & teſtibus, & optime ponde avit primus Dominus firmata in hac parte ſententia.

Quo ad reconventionem quo ad primam parcellam de 60U. ſatis probatur nuptiarum cauſa fuiſſe donatam quantitatem illam ſocero Actoris patri, e quando non fuiſſe donata præſcripta eſt actio

petendi

petendi per 30. ann. *Argum. L.* 1. & 2. *cod. præſcrip* 30.

Secunda parcella in quarto articulo petitita quæ reſpicit ſuppellectilia dotata; utique ab ea Actorem abſolverem quia largo illo ſpatio præſumuntur ſoluta juxta vulgaria. Tertia de quantitate 120U. de qua in 40. articulo in debite petitur, cum ad ſolutionem illam ſe adſtringeret Rey pater in ſcriptura dotali fol. 17. Quarta quo ad bona Briolaniæ condemnandus eſt Actor ad præſtationem partionum Reo faciendarum, cum æque hæres ſit, juxta vulgaria. Quinta, & ultima pendet ex hiſtoria, de qua in 9. & ſeqq. articulis; ego Actorem proportione hæreditaria condemnarem, ut judes fol. 311. verſ. agnovit; ſic quo ad recenventionem declarata ſententia judicis, & Senatus. Ulyſſipone 18. Dezembris 674. Doutor Freire.

Deliberando circa omnes parcellas adme ſpectantes, & in primis quo ad primam libelli poſtulationem reſpecientem meditatem agri nuncupati ex fonte, & ſimul vineæ fruſtrum unum ex rationibus ibidem elucidatis conjunctis Actorem allegationibus ſæpius laudatis, crederem res hujuſmodi extare præſcriptas, quantum ad dominium utile ſaltem, ſiquidem per occupattionem & retentionèm longiſſimi temporis rerum præfatarum transfertus poſſeſſio, & dominium utile, *text. in L.* 1. *& L.* 2. *ff. ſi ager vetigal. vel emphit. petatur*, *& in L.* 1. *§. quod autem*, *& in L. ultima ff. de ſuperficiebus*, *& in L. ſuperficiario* 74. *alias incipit ideſt ff. de rei vendicat. & in L. tutor ib. ff. de pignoratitia act. §. fin. & in L. grege* 13. *§. & in ſuper ficiar. ff. de pignorib. Caſtil. controv. lib.* 5. *cap.* 65. *ex n.* 36. *Fuſar. de fideicom. ſubſtit. q.* 525. *a n.* 2. *Gutier. Canon. quæſt. lib.* 2. *cap.* 8. *ex n.* 22. *Gaſp. ad Fabrum. lib.* 1. *tract.* 18. *in princip. Maſtril. dec.* 4. *n.* 2. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 21, *ex n.* 16. *inſignis Barb. in L. ſi filius fam.* 26. *§. fin. ff. ſolut. matrim. n.* 38. *Valaſc. de jure emphit. q.* 20. *n.* 19. *& q.* 29. *n.* 13. *Pinellus in L.* 1. *cod. de ben. mater.* 3. *p. ex n.* 63. *& alii plena manu congeſti ab human. Barb. in remiſſionibus ad Ord. lib.* 4. *tit.* 23. *n.* 2.

33 Plane eſt communis fere omniũ interpretum traditio volentium transferiri ſaltem utile dominium ex locatione ad longum nedum ex longiſſima, ſicut ex emphytensi, quod tenuit *Bald. conſ.* 332. *& conſ.* 336. *vol.* 5. qui nulla alia ratione movetur niſi illa nempe, quia venit alienatio ex qua dominium transfertur, vel perpetua utilitas, ideſt dominium utile, & poſſeſſio quantum cunque revocaliter, adhuc tamen pro eo non inutiliter conſideramus locationem ad longuiſſimum ſeu imphyteuſim (nam nulla conſtituitur inter eos contractus differentia ex *Molin. de juſt. & jur. tom.* 2. *diſp.* 445. *verſ. hineritur*) comprehendi appellatione allienationis *tex. in cap.* 2. *de locato*, *& inclement.* 1. *de rebus eccleſ. ubi notant. inter prætes*, & hæc locatio videtur quoddam jus tribuere conductoribus quod utile dominium appellant DD. cujus utilitatis cauſa actio competit juxta jura ſuperius citata; hanc que doctrinam in praxi defendit *Valaſc. ſup. d. q.* 29. *n.* 28. & in noſtro ſupremo juſtitiæ auditorio aliquoties ſecundum eam doctrinam communem vidimus varias lites dirimere 34

& non

35 & non ſemel judicavimus, & locationem ad longum ſive longiſſimum tempus pro alienatione æſtimari *Morla in tit. de locato in præmiſſ. n.* 33. cum veriori ſententiæ adhæſiſſet, aſſerit dominium transferri in locatorem ad longiſſimum tempus, & imphyteutam, ideſt dominium utile per pleniſſimam detentionem, & ſubnomine alienationis continetur locatio ad longum tempus licet ſecundum aliquos non comprehendatur proprio nomine ſed ex extenſione legis quæ voluit, ut prohibita alienatione compræhenderetur. Locatio ad longum tempus, & emphyteuſis quod in praxi admittimus non ſolum in emphyteuſi, verum, & in longa locatione, ut alienatione prohibita cenſeantur quoque, & locatio ad longum tempus prohibita, & emphyteuſis cum per unum, & alterum contractum transferatur domininm utile, quam ob cauſam prohibito uno actu alienationis, prohibendus quoque fuit omnis actus ei ſimilis, & qui eundem effectum habet *text. in L. ſicut* 8. *§. ſed & ſi ff. quib, modis pignus.* Neque negocium aliquod faciet allegatio *tex. in L. non ſolet* 39. *ff.* locati cum aliis loquuntur enim de locatione ordinaria ſcilicet ad tempus breve, non vero de qua loquimur.

Unde cum Rey agri dimidietatem, & vinæ fruſtrum poſſideant per tempus longiſſimum, ſive titulo locationis, ſive emphiteuſis, ut eſt præſumendum de jure inficiari non poterit, quod etiam jure præſcriptionis muniuntur; minus quoque officiet al-
36 tera allegatio de mala fide ſæpius repetita in actis, quia, & ſi res quæ proprie præſcribi u.u capi vè dicuntur ſi poſſideantur à præſcribente cum ſcientia rei alienæ retineri non poſſint ſine peccato *text. in cap. ultim. de præſcr. ubi notant omnes ord. lib.* 2. *tit.* 27. *§.* 3. *ad fin. & tit.* 53. *§.* 5. *ad fin. & lib.* 4. *tit.* 3. *§.* 1. *in fin. & tit.* 67. *§.* 9 *& tit.* 79. *in fine princ.* attamen actiones, quas habent alii adverſus nos, & jura quæ etiam in noſtris fundis habent cum a nobis non poſſideantur, & ita ſcientia noſtra, qua ſcimus eos illa jura habere non tollit quominus per hoc ſi tempore ad præſcriptionem neceſſario non utantur, eiſdem actionibus nos adverſus eos ea præſcribamus cum ſine noſtri peccato id eſſe poſſit, jus enim quod improbat præſcriptionem cum mala fide, intelligitur de ea, quæ procedit à poſ-
ſeſſione, & facto præſcribentis, 37
non vero de ea, quæ provenit ex ſola negligentia illorum contra quos præſcribitur *Pereir. de Caſtr. dec.* 6. *n.* 6. *& dec.* 36. *num. ult. & verſ. ultim.* & non tam ipſi Rey dicuntur præſcribere, quam Actores ipſi à petitione excludi, & certum eſt quod lex poteſt ex juſta cauſa terminum præ finire intra quem teneatur quis agere, & eo elapſo excludatur ex juribus allegatis ab *Accurſ. in L. ſed & ſi* 26. *§. ait præter ff.* ex quibus cauſis maiores verbo decreto, quemadmodum actiones temporales præſcribi, & extingui per lapſum temporis, non conſiderata bona vel mala fide eorum contra quos actiones competunt *Ord. d. tit.* 79. *in princip. Menoch. recuperand. remed.* 15. *ex num.* 187. *cum ſeqq. notant inſtitutarii in princip. inſt. de perpet. & temporalib. actionibus Gilchen. de præſcrip.* 2. *p. memb.* 2. *cap.* 3. & plures alii, ſic

que Reos liberarem ab iſta poſtulatione medietatis agri, & frutri vineæ, ſoluta tamen penſione 30. modiorum milii reformata ſententia hac in parte.

Accedamus ad ſecundam libeli poſtulationem, quæ verſatur circa bona vinculo maioratus ſuppoſita, videbatur, quod ordo ſcripturæ temperat attendendus *text. in L. quoties* 34. *ff. de uſu fruct. & in L. ſi quis habens* 24 *ff qui & à qui bus manumiſſi, & in L. generaliter* 24. *§ quid ergo ff. de fideicom libertatibus & in Auth. de hæredib. & falſid. §. ſi vero nullus collat.* 1 igitur cum fundator maioratus nominaverit filium aut filiam, ad ſucceſſionem ipſius maioratus, prius nominatus præferendus erat contrarium longe verius eſt, nam in conjunctionibus, id eſt in iis quæ conjunctim ſcripta ſunt, nullus ordo eſt. *text. in L quidam* 14. *ff. de peculio*, nec ordo ſcripturæ debet impedire cauſam ordinem que juris, & voluntatis *text. in L. cum pater* 77. *§ fidei ſuæ ff. de leg.* 2. *& in L nec enim* 6. *ff. de ſolution.* ergo cum maioratus prætenſi inſtitutor facultatem præſtitiſſet invitandi ad ſucceſſionem ejus filium aut filiam, loquens cum poſſeſſore cui hanc electionem committit, non eſt dicendum prius filio, deinde filiæ maioratus ſucceſſionem eſſe elucidandam pertinere, & non attenditur ordo ſcripturæ quando alius eſt ordo aut juris aut voluntatis, ut in hac inſpectione demonſtratur, cum inſtitutor clare, & expreſſe committeret electionem, ut nominetur filius aut filia cui magis maluerit poſſeſſor maioratus, deinde animadvertendum exiſtimo hujuſcemodi alternativam non eſſe ordinis ſed electionis quia ulterius quod verba fundatoris maioratus hanc non excludunt inter prætationem, imo eam admittunt, ut videre eſt ex teſtamento ex hibito à fol 417. & 418 ad med. ibi. *E poderá nomear a dita Capella, e morgado em filho, ou filha qual elle mais quizer, e o por elle nomeado podera nomear na meſma maneira com tanto que ſeja da deſcendencia dille teſtador, &c.* ad eſt communis opinio etiam de qua *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *ex n* 4. ubi ejus additionatores plures congerunt DD. pro hac parte, & licet *Caſtilh. lib.* 2. *controv cap.* 16. contrariam haberet ſententiam, poſtea eam rejecit *lib* 5. *controv. tom.* 6. *cap.* 160. *ex n.* 12. hanc noſtram amplectens, abſolvatur Reus moderata ſententia.

Denique attendens ad ea quæ in reconventionem ex poſtulantur, & mihi dicere in cumbit, Actorem liberarem á præſtatione ſuppellectilium, quæ fuerunt dotata ex diceturnitate temporis intelliguntur penſitata, quæ eſt materia ſecundæ parcellæ; per contrarium Actorem damnarem quo ad partitiones ex bonis defunctæ Briolaniæ, cum æqualiter Reus ſit hæres, quæ eſt 4. parcella in ipſa reconventione reperta. Quinta parcella de qua agitur in 9. & ſeqq. articulis, meo judicio, materiam illius remitterem ad juditium partiorum, ubi erit de ſingulis perſionibus ſingulis hæredibus præſtandis, nam in iſto judicio diviſorio proprie id agitari valet; ita iſtum proceſſum in volutum, & faſtidioſum expedirem, confirmata, & reformata Senatus inferioris ſententia, de aliis petitis circa non capeſſendam gravaminis notionem curandum non eſt, per ea, quæ ex actis

actis de prehenduntur. Ulyſſipone Calendis Januarii 1675.

Doutor Cerveira.

Convenio cum ſecundo, & tertio Dominis in parcellis, in quibus mihi dicere fas eſt. Ulyſſipone 16. Januarii 675.

Quifel.

## §. II.

Utrum qui fuit omiſſus in inſtitutione, & erectione maioratus, & cum legato honeratus cenſeatur excluſus vel tacite vocatus ex vocationis conſanguineorum generalitate.

DE hac materia vide, quæ diximus Cap. 21. & an omiſſus in vocationibus maioratus conſeatur excluſus, & quando ad ſucceſſionem admittatur cum multis tradit Doctiſſimus *Agul. in add. ad Roxas de incomp. maior. p. 4. cap. 6. n. 1. & ſeqq.*

No feito do Prior do Convento de S. Domingos de Azeitaõ, com Manoel da Gama, e ſeu filho Manoel Diogo da Gama, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença seguinte.

